

pro se allegavit illud capitulum: malis promissis rescinde fidem in turpi voto muta decretum.

- V. 586. Dicit quod creditor ivit ad sinodum et conquestus fuit de M. Henrico et M. H. comparuit et allegavit quod potius deberet esse in sua ecclesia quam in illius thaberna.
- V. 616. Petit M. H. sententiam utrum potius deberet esse in ecclesia vel thaberna.
- V. 620. In terra hebreorum due fuerunt obstitrices una vocabatur Sephora, altera phura de quibus legitur in genesi quod timuerunt obstitrices deum.
- V. 642. Dicit de IX bobus quos M. H. mactari iussit et dixerunt quidam quod non solverit sed Autor excusat eum.
- V. 665. Dicit quod quatuor fuerunt boves de quibus libenter recepisset pelles sed servus suus dederat pro sale.
- V. 675. Questio quare rubedo culpatur in crine et commendatur in facie et dicit quod fuit ex culpa Iude qui habuit ruffos capillos. ostendit etiam quomodo M. Henricus venit ad marchionem Tydricum et dixit ei quod deberet deponere ruffam barbam que esset signum infidelitatis et imponit autor M. H. quod in juventute habuit ruffam barbam. Hic commendatur rubedo in facie et vestibis militaribus et in ore dominarum quia os rubens plus placet et est habile ad osculum quam si palleret.
- V. 697. Dicit quod monachi fuldenses obtinuerunt a papa fieri inquisitionem contra suum abbatem et quomodo M. H. iuvit abbatem contra monachos et quomodo abbas vestivit M. H. et concessit ei comitatum ejusdam terre Saromon.
- V. 711. Dicit de monachis quod illi deposuerunt in ho(henberg) abbatem suum quem etiam iuvit M. H. in quantum potuit.
- V. 714. Dicit quod monachi ho(henbergenses) abstulerunt ornamenta ecclesie et placatis iudicibus abbatem deposuerunt.
- V. 721. Dicit M. H. misit abbatem in terram Sambiensem.
- V. 725. Dicit de Gerhardo et prepositura in Norehuso (Nordhausen).
- V. 728. Dicit de M. Corrado quomodo M. H. egerit cum ipso.
- V. 735. De plebano in Ysnach.
- V. 736. De Volmaro.
- V. 748. Dicit de prepositura novi monasterii in Erbipoli ubi fuerunt duo prepositi quia (quorum) unus fuit M. H.